Q. Quoniam in presenti causa nullitatum et appellationis dictarum et interpositarum per syndicum villae et honoris de Nulles a provisione facta per subrrogatum procuratoris generalis et Assessorem predicte Ville et Gubernationis die undecimo mensis Januarii labentis anni ad instantiam procuratoris fiscalis et patrimonialis eiusdem et oppidorum de Moncoffa, Vlascarell et Lavilavella, necnon Michaelis Casanova, Cosme Marti, Bernardi remoneda et aliorum particularium de Nulles in calce scripture per eos posite dicta die undecima qua fuit provisum ut fierent requisita in preinsertam dicta scriptura, agitur, et inter partes contendentes disceptatur de meritis et validitate dicte provisionis, que reducitur ad quatuor capita videlicet quod de cetero Justitia, Jurati, officiales et concilium particulare dicte villae et honoris de Nulles, et alie quecumque persone ad quos spectet sub nullitatis decreto, et ceteris penis in dicta scriptura contentis et alijs ad arbitrium, nullatenus audeant attentent nec consentiant sub quovis pretextu titulo nec causa firmare aliqua censualia nec alias similes vel dissimiles obligationes nomine dicte Universitatis nisi precedente prius licentia petita et obtenta a domino qui dicitur ipsius, et deliberatione concilij generalis interveniente et in eo assistente dicto generali procuratore, secundo quod sub eisdem penis

nequaquam in posterum ex bonis pre fate Universi-
tati soluant quantitates aliquas proprietatum pen-
tionum nec expensarum ratione quorumcumque censua-
lium vel aliarum obligationum firmatarum
per dictum concilium particulare nomine
dicte Universitatis et in quibus deficient
asensus et interventus dicti concilij Generalis
et licentia dicti domini; et hoc idem observent
respectu bonorum singularium dicte Ville
qui non reperiuntur devincti in dictis censibus
vel obligationibus per dictum particulare
Concilium firmatis. Tertio quod si aliqua
executiones virtute similium censualium vel
obligationum expedite extiterint adversus
dictam Universitatem, teneatur Clavelerius
Sindicus opponere et allegare omnes dictos deffectus
impugnationes, nullitates et ceteras diligentias
prestare in tutellam iurium eius sui, quousque illarum
revisionem et revocationem consequantur et
ad hoc facilius obtinendum sit obnoxius
certiorem reddere dictum generalem procuratorem
de dictis executionibus in vim dictarum obliga-
tionum emanatis ut habita illarum notitia
etiam assistat et operam prestet ut melius
commodo et indemnitati memorate univer-
sitatis consulatur. Ultimo quod non exe-
quantur litteras quaslibet in iuris subsidium
emanatas in executionibus factis virtute
similium contractuum et obligationum et

omnia supradicta prestent et observent subeis de
penis in dicto primo capite et mandato contentis
ut copiosius in dicta scriptura continetur
cuius omnia capita in ea dicit et comprehendit
dicta provisio, et quamvis in iustificationem
dictarum nullitatum et appellationis pro parte
sindici prefate Ville et honori varia deducta
et allegata reperiantur et signanter pretensus
quod ad congregandum eam concilium generale
et particulare nullea indigent concessione
nec permissu a domino dicta Ville cum
hac facultas et exemptio per possessionem im-
memorialem que vim tituli et privilegij habet
domini concentientibus fuerunt adquisita
et minus sint obnoxij obtinere licentiam aliquam
a dictis domini ad onerandum censualia, nec alias
similes obligationes faciendum in quibus tota
Universitas devincta et obligata remaneat
cum hoc non dictis domini sed potius nobis et
huic Regie Audientie et suo in casu Baiulo
Generali specte et iuxta sancita et disposita in
Regia supremi sacri concilij sententia publicata
die decimo quarto novembris anni Mill[esim]o
Quingentesimo octuagesimo quarto in fa-
vorem dicte Universitatis et adversus don
Gotaldum Centelles tunc dominum et possessorem
illius cum qua extitit revocata alia qua circa
predicta in hac Regia Audientia obtinuerat
memoratus don Christophorus asserendo quod in
omnibus censualibus hac usque per dictam Uni-

Arxiu Històric Nules

versitatem oneratil interuenerat dicta Regia
licentia consecuta a nobis et hac Regia Aud.ª
vel a Baiulo generali totum oppositum autumabe
procuratore Doctoris Gasparis de Tapia Archi-
diaconi majoris, et Canonici sedis urbis Ro-
toris et curatoris ac Generalis administrationis
personae et bonorum don Joachim Carroz
de Centelles Marchionis de Quirra dni.
nuncupati et gerentis vices generalis Guberna-
toris dictarum villarum et honoris de Nulles
Moncofa, Mascarell, et la Vilavella, ac
insuficiente de Consuetudine pretensa per dictum
Syndicum congregandi concilium generale inscio
domino et sine illius expressa licentia, et
quod si et ubi de simili asserta consuetudine
quantumvis inmemoriali constitisset illa tamquam
vitiosa, illegitima et repugnans Juris ex-
pressis dispositionibus, et prohibitionibus
minime poterat opitulari dictae universitati
nec obesse dominis et possessoribus ipsius
et minus Regia sententia dicti supremi Senatus
declarans concessionem et licentiam ad convo-
canda consualia non domini inferioris
Jurisdictionis sed imperii et supremae pertinere
namquamvis illa non penderet per
supplicationem a die notitiae interposita
pro parte hodierni Marchionis cuius beneficio
et aenim noviter deducendarum illius
existimat revocationem obtinere. Habemus

ex eius motivis et dispositione propter super-
venientem novam gratiam et Concessionem per
suam Magestatem die vigessimo nono Januarij
anni Millessimi sexcentessimi decimi quarti
factas in favorem dicti Marchionis Don
Christophori, et illius successorum in dictis bonis
et villis supremae illarum Jurisdictionis
titulo Gubernatorio Contendit absque dubio
post dictum privilegium et ex vi ipsius facul-
tatem indulgendi dictam licentiam ad pr...
dominis et possessoribus dictarum villarum pecu-
liariter expectare, potissimum bene perpensis
illius verbis, et quod fuit indultum in
gratiam et remunerationem servitiorum
pacis et belli temporibus per dictum Mar-
chionem et suos predecessores impensorum quo casu
et dicta principis munificentia et liberalitas
magis amplianda, eo maxime cum in eo
nedum ius gladij et suprema iurisdictio pravio
Gubernatorio nomine concedatur, sed etiam facultas
indulgendi et condonandi delicta eaque remittendi
et componendi absolutus, et emolumenta
Jurisdictionis in proprios usus et utilitatem
convertendi, quae a baronibus et merum imperium
et supremam Jurisdictionem habentibus solita
sunt remitti et frui, quibus et Jus impartiendi
licentiam ad congregandum concilium generale in
dictis Baronijs cum interventio et assistentia
sui procuratoris generalis, certo certius est competere,

Arxiu Històric Nules

Et haec multo magis in dicta villa de Nulles
asseverat procedere in qua publicis documentis
receptis per Bartholomeum Marti notarium
die vigessimo sexto Novembris anni Millessimi
quingentessimi nonagessimi sexti et sic post dictam
supremi concilij sententiam, et multo ante dictum
privilegium regium liquet dictam villam
postulasse et obtinuisse licentiam a dicto Mar-
chione Don Christophoro ad congregandum gene-
rale concilium, et in eo nominandum et eli-
gendum sindicum ut posset onerare duodecim
mille libras pro ut illorum pars fuit onerata
in favorem tunc comitis de Cocentayna, ex quibus
et alijs pars hodierni Marchionis existimat
mandata facta per subrogatum dicti procuratoris
tamquam iuridica et commodum universale
dictae villae, et singularium ipsius respicientia ve-
-nire esse confirmanda; eo maxime cum illa
nullatenus prohibeant congregationem concilij par-
ticularis soliti iungi ad res ordinarias dictae
villae tractandas et agendas, sed tantum quod
in eo non firmentur nomine dictae universitatis
censualia et alia obligationes quae illam de
iure nequeunt obligare, non interveniente assensu
et convocatione dicti concilij generalis
modo quo supra legitime congregati, et quod
stante nullitate quam tractantur notto-
riam censuum et aliarum obligationum
per dictum concilium particulare sobre

universitatis nomine factarum iuri conformis
est quod agatur de illarum impugnatione
et omnino solvantur ex bonis ipsius nec
suorum singularium qui in ei non firmarunt
quantitates ob praeviam causam debitas, nec exe-
quantur litterae requisitoriae quae fuerint
virtute similium contractuum emanatae.
Ceterum attento quod praetensi dicti Mar-
chionis et eius generalis administratoris
validioribus et firmioribus innititur funda-
mentis cum explorati iuris sit universita-
tes maxime personarum militarum ne-
quaquam posse concilium generale celebrare
nisi praecedente facultate et licentia ab ipsorum
dominis petita et obtenta, non obstante
quavis consuetudine in contrarium, quae
tamquam reproba et nutritiva delicti nullum
potest de iure effectum producere, et quod ad
onerandum censualia super dictis universitatibus
eandem facultatem et licentiam tenen-
tur pariter obtinere a illarum dominis,
et consequenter villa de Nulles
a dicto Marchione, qui cum pro dicto Guber-
natoris nomine supremam iurisdictionem
in illa et ceteris oppidis dictae hono-
ris administret virtute praecalen-
datae regiae concessionis in qua tota ac
omnimoda iurisdictio alta et baxa
merum et mixtum imperium

Arxiu Històric Nules

quam et quod concedens habebat, indulta in
perpetuum aperiantur dicto don Christophoro
et suis in dictis bonis successoribus, extrahendo
in praedicta omnia et singula de iure, domi-
nio, posse, possessione et proprietate Regia
et illa in illius dominium, posse, ac possessio-
nem dicti Marchionis et suorum ponendo
et irrevocabiliter transferendo, ut ex-
presse disponitur in dicto Privilegio; ne-
scitur non potest eidem spectare impartire
licentias ad similes contractus censuales
celebrandos non obstante dicta supremi con-
cilii sententia, quae rebus ut tunc extantibus
non vero noviter supervenientibus observanda
et exequenda est. Perpenso ad ultimum
quod interest dictae villae, et ceteris universita-
tibus praedicti honoris, ut illae [illegible] singu-
lares et vicini molestentur nec graventur
mediantibus executionibus factis vel faciendis
iurium censualium vel aliarum obligatio-
num firmatarum tantum per concilium parti-
culare, licet nomine totius universitatis, sine
interventu tamen concilii generalis, nec praecedente
licentia domini, et sic iure optimo [illegible]
provisum ut syndicus dictae villae de nulli-
tate ipsarum opponat et illarum [illegible]
et appellationem praetendat, non tamen
relationi conformium ut pendenti-
bus dictis impugnationibus literae subsi-

chariae emanatae vel emanandae in quibus exe-
cutiones fiunt saltim modo inferius expri-
mendo non exequantur. Idcirco et alias deli-
berationem et conclusionem in Regio Consilio
sumptam insequendo pronuntiamus et decla-
ramus instantiam factam per procuratorem
fiscalem et patrimonialem dictae villae
et honoris de Nulles cum pecha lendata sen-
tentia die undecim Januarii labentis anni et
provisionem in calce illius obtentam esse legiti-
mas et iuridicas in primis tribus capitibus
illius superius memoratis, sicque illas fore et
esse confirmandas, et ut etiam hac Regia sen-
tentia confirmamus non obstante appellatione
per syndicum dictae villae interposita, nec
rebus in illis iustificationem deductis pretensis
et allegatis. Respectu vero ultimi capitis
respicientis denegationem executionis literarum
subsidiariarum quae a baiulis curiis inhortientur
virtute similium contractuum nomine dictae
universitatis per concilium particulare
ipsius et deficientibus superioribus requisitis
firmatorum dictam provisionem revocamus
beneficio dictae appellationis, et dictas litteras
cum protestatione tamen iurium dictae univer-
sitatis competentium ad illos infringendos exequi
modo quo supra teneantur quousque lis super dictis
impugnationibus fuerit sopita vel aliud per eum
per iudicem exequentem et neutram partem

Arxiu Històric Nules

je chimat 206

In expensis condemnamus sed prout traditur executionem
fieri mandamus.

Don Gab. Sancho R. F.

V.t Don Gaspar Tarrega   V.t D. Melch. Sisternes

Publicata fuit haec Regia sententia per Franciscum
Paulum Alreus Regium scribam mandati die octavo
Aprilis anno M. D C. XXVIJ. Valdell

Arxiu Històric Nules

Sent.a contra nulls donada
p. don gaspar tarrega de land.a

N.o 304

Sepultare

Arxiu Històric Nules